

omnipotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectionem suam ómnibus discipulis suis maniféstus appáruit et, ipse cernéntibus, est elevátus in coelum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus cumque omni militiá coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes: Sanctus.

Communió

Psállite Dómino, qui ascéndit super coelos coelórum ad Oriéntem, allelúia. (Ps 67:33-34)

1. Exsúrgit Deus, et dissipántur inimíci ejus; et fúgiunt, qui odérunt eum, a fácie ejus.
2. Cantáte Deo, psalmum dícite nómini ejus; iter fácite ei, qui fertur super nubes: Dóminus nomen illi.
3. Jubiláte in conspéctu ejus; pater orphanórum et judex viduárum, Deus in habitáculo sancto suo.
4. Ascendísti in altum, captívam duxísti captivitátem; accepísti in donum hómines, ut étiam rebélles hábitent apud Dóminum Deum.

Postcommunió

Præsta nobis, quaesumus, omnipotens et miséricors Deus: ut, quæ visibílibus mystériis suménda percépimus, invisibili consequámur efféctu.

dékoti, Viešpatie, šventasis Tève, visagali amžinasis Dieve per Kristų mūsų Viešpatį. Kuris po savo prisikėlimo saviesiems mokiniams regimu pavidalu pasirodė ir jiems matant buvo paimtas į dangų, kad mums suteiktų būti savojo dieviškumo dalininkais. Todėl ir mes su Angelais ir Arkangelais, su Kunigaikštystėmis ir Viešpatystėmis ir su visa dangiška kariauna garbės himną tau giedame, be paliovos tardami: Šventas.

KOMUNIJA


Giedokite psalmes Viešpačiui, kuris žengė virš aukščiausiųjų dangų į Rytus, aleliuja. (Ps 67:33-34)

1. Dievui pakilus, pakrinka jo priešai; tie, kurie jo nekenčia, bėga nuo jo veido.
2. Giedokite Dievui, giedokite šlovės giesmes jo vardui; aukštinkite tą, kuris joja ant debesų, kurio vardas yra Viešpats.
3. Džiūgaukite jo Artume. Našlaičių tėvas ir našlių gynėjas – Dievas savo šventoje buveinėje.
4. Tu kopei į aukštąjį kalną, vedeisi belaisvius su palyda, priėmei dovanas iš žmonių – net iš tų, kurie maištauja. Viešpats Dievas ten gyvens!

POSTKOMUNIJA

Suteik mums, prašome, visagali ir gailėstingasis Dieve, kad tai, ką matomais ir priimtinais slėpiniais gavome, nematomu vaisiumi pelnytume.

Proprium Missæ IN ASCENSIONE DOMINI VIEŠPATIES ŽENGIMAS Į DANGŲ



Introitus

Viri Galilaei, quid admirámini aspiciéntes in coelum? allelúia: quemádmódom vidístis eum ascendéntem in coelum, ita véniet, allelúia, allelúia, allelúia.
Ps. Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis. (Acta 1:11, Ps 46:2)

Collecta

Concéde, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui hodiérna die Unigénitum tuum, Redemptórem nostrum, ad coelos ascendísse crédimus; ipsi quoque mente in coeléstibus habitémus.

Epístola

Léctio Actuum Apostólorum (Act 1:1-11)
Primum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ coepit Iesus facere et docére usque in diem, qua,

INTROITAS

Galilėjos vyrai, kodėl stebitės, žvelgdami į dangų? aleliuja; kaip matėte Jį įžengiant į dangų, taip [Jis] ir ateis, aleliuja, aleliuja, aleliuja.
Ps. Visos tautos, plokite rankomis; džiaugsmingai šlovinkite Dievą džiugėsio kupinu balsu. (Apd 1:11, Ps 46:2)

KOLEKTA

Prašome, visagali Dieve: suteik, kad mes, kurie tikime šią dieną Tavąjį Viengimį mūsų Atpirkėją įžengus į dangų, ir patys sielomis danguje jau apsigyventume.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš Apaštaly darbų (Apd 1:1-11)
Pirmoje knygoje, Teofiliau, aš pasakojau apie viską, ką Jėzus nuo pat pradžių veikė ir mokė iki tos dienos, kurią buvo paimtas



præcīpiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúptus est: quibus et praeuit seípsum vivum post passiónem suam in multas arguméntis, per dies quadragínta appárens eis et loquens de regno Dei. Et convéscens, præcépít eis, ab Ierosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissionem Patris, quam audístis - inquit - per os meum: quia Ioánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabimini Spírítu Sancto non post multos hos dies. Igitur qui convénerant, interrogábant eum, dicéntes: Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israëli? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse témpora vel moménta, quæ Pater pósuit in sua potestáte: sed accipiétis virtútem superveniéntis Spírítus Sancti in vos, et éritis mihi testes in Ierúsalem et in omni Iudaea et Samaría et usque ad últimum terræ. Et cum hæc dixisset, vidéntibus illis, elevátus est, et nubes suscepit eum ab óculis eórum. Cumque intuerétur in coelum eúntem illum, ecce, duo viri astitérunt iuxta illos in véstibus albis, qui et dixérunt: Viri Galilaei, quid statis aspiciéntes in coelum? Hic Iesus, qui assúptus est a vobis in coelum, sic véniet, quemádmódum vidístis eum eúntem in coelum.

Alleluia

Alleluia, alleluia.

V. Ascéndit Deus in iubilióne, et Dóminus in voce tubæ. Allelúia.

V. Dóminus in Sina in sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia. (Ps 46:6, Ps 67:18-19)

į dangų, pirmiau per Šventąją Dvasią davęs savo išrinktiesiems apaštalams įsakymų. Po savo kančios jis pateikė jiems daugelį įrodymų, kad yra gyvas, per keturiasdešimt dienų jiems rodydamasis ir aiškindamas apie Dievo karalystę. Kartą, bevalgant prie bendro stalo, liepė jiems nepasišalinti iš Jeruzalės, bet laukti Tėvo pažado, – „apie kurį, – tarė jis, – esate girdėję iš mano lūpų; nes Jonas krikštijo vandeniui, o jūs po kelių dienų būsite pakrikštyti Šventąja Dvasia“. Susirinkusieji ėmė jį klausinėti: „Viešpatie, gal tu šiuo metu atkursi Izraelio karalystę?“ Jis atsakė: „Ne jūsų reikalas žinoti laiką ir metą, kuriuos Tėvas nustatė savo galia. Kai ant jūsų nužengs Šventoji Dvasia, jūs gausite jos galybės ir tapsite mano liudytojais Jeruzalėje ir visoje Judėjoje bei Samarijoje, ir lig pat žemės pakraščiu“. Tai pasakęs, jiems bežiūrint, Jėzus pakilo aukštyn, ir debesis jį paslėpė nuo jų akių. Kai jie akių nenuleisdami žiūrėjo į žengiantį dangun Jėzų, štai prie jų atsirado du vyrai baltais drabužiais ir prabilo: „Vyrai galilėjiečiai, ko stovite žiūrėdami į dangų? Tasai Jėzus, paimtas nuo jūsų į dangų, sugrįš taip pat, kaip esate jį matę žengiant į dangų“.

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Įžengė Dievas, lydimas džiaugsmo šūkių, ir Viešpats, lydimas trimito balso. Aleliuja.

V. Viešpats Sinajuje, savo šventojoje vietoje; kildamas aukštyn, Jis [kartu] išsivedė pagautą belaisvį. Aleliuja. (Ps 46:6, Ps 67:18-19)

Evangelium

Sequētia sancti Evangēlii secundum Marcum (Marc 16:14-20)

In illo témpore: Recumbéntibus úndecim discíplulis, appáruit illis Iesus: et exprobrávit incredulitátem eórum et durítiam cordis: quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et dixit eis: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui crediderit et baptizátus fúerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequéntur: In nómine meo dæmónia eiícient: linguis loquantur novis: serpentes tollent: et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, et bene habébunt. Et Dóminus quidem Iesus, postquam locútus est eis, assúptus est in coelum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profécti, prædicavérunt ubique, Dómimo cooperánte et sermónem confirmánte, sequéntibus signis.

Offertorium

Ascéndit Deus in iubilióne, et Dóminus in voce tubæ, allelúia. (Ps 46:6)

Secreta

Súscipe, Dómine, múnera, quæ pro Fílii tui gloriósa Ascensióne deférimus: et concéde propítius; ut a præséntibus perículis liberémur, et ad vitam per veniámus ætérnam.

Præfatio de Ascensione Domini Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Morkų tęsinys (Mk 16:14-20)

Anuo metu galop pasirodė Vienuolikai, kai jie sėdėjo už stalo ir priekaištavo jiems už netikėjimą bei širdies kietumą, kad netikėjo tais, kurie buvo matę jį prisikėlusį. Ir jis tarė jiems: „Eikite į visą pasaulį ir skelbkite Evangeliją visai kūrinijai. Kas įtikės ir pasikrikštys, bus išgelbėtas, o kas netikės, bus pasmerktas. Kurie įtikės, tuos lydės ženklai: mano vardu jie išvarinės demonus, kalbės naujomis kalbomis, ims plikomis rankomis gyvates ir, jei išgertų mirštamų nuodų, jiems nepakenks. Jie dės rankas ant ligonių, ir tie pasveiks“. Baigęs jiems kalbėti, Viešpats Jėzus buvo paimtas į dangų ir atsisėdo Dievo dešinėje. O jie iškeliavę visur skelbė žodį, Viešpačiui drauge veikiant ir jų žodžius patvirtinant ženklais, kurie juos lydėjo.

OFERTORIUMAS

Žengė Dievas į dangų, apsuptas džiūgavimų, ir Viešpats, lydimas trimito balso. Aleliuja. (Ps 46:6)

SEKRETA

Priimk, Viešpatie, atnašas, kurias dėl tavojo Sūnaus garbingo Žengimo įteikiame, ir maloningai suteik, kad būtume išlaisvinti iš esamų pavojų ir į amžinąjį gyvenimą žengtume.

VIEŠPATIES DANGUN ŽENGIMO PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur tau